

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

BOOK I

FR. 1*

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum.

Varro, *L.L.* vii. 20; cf. *id. R.R.* i. 1. 4; Serv. ad *Aen.* xi. 660.

Varro, *L.L.* vii. 20: 'Musae' e.q.s.: caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes. *Id. R.R.* i. 1. 4: et quoniam, ut aiunt, dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos, nec, ut Homerus et Ennius, 'Musas' e.q.s. Serv. ad *Aen.* xi. 660: Ennius ad Musas 'quae pedibus pulsatis Olympum.'

FR. 2*

Lunai portum, est operae, cognoscite, ciues,
 †Nam latos populos res atque poemata nostra
 Cluebant†.

Pers. vi. 9ff.; Probus, 231 K.

Pers. vi. 9ff.: 'Lunai portum, est operae, cognoscite ciues.' | Cor iubet hoc Enni postquam desterruit esse | Maeonides, quintus pauone ex Pythagoreo. Probus, 231 K.: neutro genere in casibus supra dictis sine ambiguate breuis est [syllaba].... Ennius in primo 'Nam latos' e.q.s.

'Cluebunt' Dousa. 'Latos | Per populos terrasque poemata nostra cluebunt | Clara' Ilbergius. 'Nostra Latinos per populos terrasque poemata clara cluebunt' M et P. VI Ilbergium sequitur, VII Probi lectionem refert.

FR. 3*

Visus Homerus adesse poeta.

Cic. *Acad. Pr.* ii. 16. 51 et 27. 88; cf. *id. de Repub.* vi. 10. 10.

Cic. *Acad. Pr.* ii. 16. 51: num censes Ennium, cum in hortis cum Seruio Galba ambulauisset, dixisse 'uisus sum mihi cum Galba ambulare'? At cum somniauit narravit 'Visus' e.q.s. *ib.* 27. 88: dormientium, et uinolentorum, et furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas quam uigilantium, siccorum, sanorum. Quo modo? quia cum experectus esset Ennius, non se uidisse Homerum, sed uisum esse. *Id. de Repub.* vi. 10. 10: fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in sonno tale quale de Homero scribit Ennius de quo uidelicet saepissime uigilans solebat cogitare et loqui.

'In somnis mihi' add. Columna conl. *Aen.* ii. 270.

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

2

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

FR. 4*

O pietas animi!

Cic. *Acad. Pr.* II. 27. 88; Donat. ad *Ter. Eun.* 560.

Cic. *Acad. Pr.* II. 27. 88: nisi uero Ennium non putamus ita totum illud audiuisse 'O' e.q.s., si modo id somniauit ut si uigilans audiret. Donat. ad *Ter. Eun.* 560: 'O festus dies hominis' pro 'homo festi diei.' Sic dicitur etiam scelus homo. Ennius 'O' e.q.s.

FR. 5*

Memini me fieri pauum.

Charis. 98 K.; Donat. ad *Ter. Andr.* 429; *id. ad eiusdem Phorm.* 74, et *Adelph.* 106.

Charis. 98 K.: pauus...Ennius 'Meminit me fieri pauum.' Donat. ad *Ter. Andr.* 429: 'Memini uidere' pro 'uidisse.' Ennius 'Meminit me fieri pauum.' *Id. ad Phorm.* 74: Et sic dixit 'Memini relinqu'...ut 'me minime fieri pauum' (uel 'paruum' uel 'prauum') Ennius; ad *Adelph.* 106: 'Fieret' producta prima syllaba. Ennius 'Memini me quum (uel) quam fieri pauum (uel pauidum).'

Fiere] 'fieri' codd., corr. Ilbergius conl. Macrobius *Exc. Bob. G.L.K.* v. p. 645. 'Quom memini fieri me pauom' Merula. 'Commemini' Scaliger.

FR. 6*

Quom ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Prisc. III. 97 H.

Prisc. III. 97 H.: ...'uetterimus' quasi a 'ueter' posituo quod Capri quoque approbat auctoritas et usus antiquissimorum. Ennius 'Quom ueter' e.q.s.

Cum Fr. 14 coniunx. M.

FR. 7*

Assaraco natus Capys optumus, isque pium ex se Anchisam generat.

Serv. (D.) ad *Geo.* III. 35.

Serv. (D.) ad *Geo.* III. 35: Assaracus auus Anchisae: Ennius 'Assaraco' e.q.s.

Anchisam] 'Anchisen' Serv. (D.), corr. Val.

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

BOOK I

3

FR. 8*

Doctusque Anchisa, Venus quem pulcherruma dium
 Fari donauit, diuinum pectus habere.

Probus ad *Ecl.* vi. 31; Schol. Ver. ad *Aen.* II. 687.

Probus ad *Ecl.* vi. 31: cur ibi Anchisen facit disputantem quod hic Silenus Deum? Nisi quod poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc diuini quiddam habuisse praesumit sic ‘Doctusque Anchisesque Venus quem pulchra dearum | Fari donauit diuinum pectus habere.’ Schol. Ver. ad *Aen.* II. 687: peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse—[po]ssunt Naeu[ius]—qui ita de eo ait ‘Doctus Anchisa Venus quem pulcherrima diu | Fata docet diuinum ut pectus haberet.’

Doctusque Anchisa] scripsit Fleckeisenus. ‘Doctus parens A.’ M.
 pulcherruma dium] scripsit Fleckeisenus.
 v. 2: ‘Fata docet fari’ edd. Bernaysium secuti. Ad Probi lectionem reddit VII.

FR. 9

Transnauit cita per teneras caliginis auras.

Serv. (D.) ad *Geo.* IV. 59.

Serv. (D.) ad *Geo.* IV. 59: ‘nare’ pro ‘uolare’ ut apud Ennium in primo ‘Transnauit’ e.q.s.

FR. 10

Constitit inde loci propter sos dia dearum.

Fest. p. 386. 34 L.; Paul. p. 387. 4 L.

Fest. p. 386. 34 L.: ‘sos’ pro ‘eos’ antiqui dicebant, ut Ennius lib. I. ‘Constitit’ e.q.s. Paul. p. 387. 4 L.: ‘sos’ pro ‘eos’ antiqui dicebant, ut Ennius ‘Constitit’ e.q.s.

dia dearum] ‘de adiarum’ Fest., corr. Aug.

FR. 11

face uero

Quod tecum precibus pater orat.

Fest. p. 218. 11 L.

Fest. p. 218. 11 L.: ‘orare’ antiquos dixisse pro ‘agere’ testimonio... Ennius quoque cum dixit in lib. I Annalium ‘face uero’ e.q.s.

face uero] ‘facere uero’ W, corr. Columna. ‘tu face uero’ Aug. ‘tu uero face’ VI. ‘tum uero face’ VII, unum tantum uersum significans.

1-2

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

4

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

FR. 12

Est locus, Hesperiam quem mortales perhibebant.

Macr. vi. 1. 11.

Macr. vi. 1. 11: est locus Hesperiam Grai cognomine dicunt. Ennius in primo 'Est locus' e.q.s.

FR. 13*

Quam prisci casci populi tenuere Latini.

Varro, *L.L.* vii. 28; Cic. *Tusc.* i. 12. 27.

Varro, *L.L.* vii. 28: 'cascum' 'uetus' esse significat Ennius quod ait 'Quam prisci' e.q.s. Cic. *Tusc.* i. 12. 27: itaque unum illud erat insitum priscis illis quos 'casco' appellat Ennius esse in morte sensum e.q.s.

tenuere] 'genuere' Varr., corr. Columna.

FR. 14*

Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

Prisc. vii. 337 H.

Prisc. vii. 337 H.: 'Laurentis' etiam pro 'Laurens' dicebant. Ennius in Annalibus 'Quos homines' e.q.s.

FR. 15*

Saturno

Quem Caelus genuit.

Non. p. 289. 10 L.; Charis. 72 K.

Non. p. 289. 10 L.: 'Caelum' neutro. Masculino... Ennius... 'Saturno' e.q.s. Charis. 72 K.: 'Caelum' hoc, cum sit neutrum, etiam masculine ueteres dixerunt, et Ennius 'Quem Caelus genuit.'

FR. 16*

Saturnia terra.

Varro, *L.L.* v. 42.

Varro, *L.L.* v. 42: hunc antea montem (*sc.* Capitolium) Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late 'Saturniam terram' ut etiam Ennius appellat.

'Late' add. edd. uerbo e Varrone allato, seclus. VII.

BOOK I

5

FR. 17*

Excita quom tremulis anus attulit artibus lumen,
 Talia tum memorat lacrumans, exterrita somno:—
 Eurydica prognata, pater quam noster amauit,
 Vires uitaque corpus meum nunc deserit omne.
 Nam me uisus homo pulcher, per amoena salicta 5
 Et ripas raptare, locosque nouos; ita sola
 Postilla, germana soror, errare uidebar,
 Tardaue uestigare et quaerere te, neque posse
 Corde capessere; semita nulla pedem stabilibat.
 Exin compellare pater me uoce uidetur 10
 His uerbis:—O gnata, tibi sunt ante ferendae
 Aerumnae, post ex fluuio fortuna resistet:—
 Haec ecfatus pater, germana, repente recessit,
 Nec sese dedit in conspectum corde cupitus;
 Quamquam multa manus ad caeli caerula templa 15
 Tendebam lacrumans, et blanda uoce uocabam.
 Vix aegro cum corde meo me somnus reliquit.

Cic. *de Diu.* i. 20. 40.

Cic. *de Diu.* i. 20. 40: nunc te ad fabulas reuoco uel nostrorum uel
 Graecorum poetarum. Narrat enim et apud Ennium Vestalis illa
 'Excita' e.q.s.

i1. ferendae] 'gerendae' (uel 'gerenda') codd., corr. Dauisius conl. fr. 20.
 'ferendae' VI. 'gerendae' VII.
 vv. 12-13 inuerso ordine in codd. opt. leguntur; transp. Dauisius.

FR. 18

Te nunc sancta precor Venus, te, genetrix patris nostri,
 Vt me de caelo uisas, cognata, parumper.

Non. p. 603. 6 L.

Non. p. 603. 6 L.: 'parumper,' ut saepe, interim et paruo tempore.
 'Parumper,' cito et uelociter... Ennius Annali lib. i. 'Te †sane neta†
 precor' e.q.s.

nunc sancta] Columna. 'sale nata' V. 'dea sancta' Ilbergius. 'uenerata'
 Baehrensius. 'rogitata' Hauptius. 'sane alta' P.
 te, g.] 'et' codd. 'te' VI cum edd. 'et' VII.

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

6

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

FR. 19

Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.

Macr. vi. 1. 12.

Macr. vi. 1. 12: ‘Tuque, o Thybri, tuo, genitor cum flumine sancto.’
Ennius in primo ‘Teque pater’ e.q.s.

FR. 20*

Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti.

Charis. 90 K.; Non. p. 317. 9 L.; Fest. p. 364. 4 L.

Charis. 90 K.: neptis grammatici nolunt dici... et aduocari Ennium quod dixerit ita ‘Ilia’ e.q.s. *Non. p. 317. 9 L.:* nepos dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur ‘Ilia’ e.q.s. *Fest. p. 364. 4 L.:* antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque... ‘Ilia dia nepos.’

tetulisti] ‘ne tulisti’ Non.

FR. 21*

cetera, quos peperisti

Ne cures.

Serv. (D.) ad Aen. ix. 653.

Serv. (D.) ad Aen. ix. 653: ‘cetera’ id est in ceterum: est autem Ennianum ‘cetera quos’ e.q.s.

FR. 22*

Olli respondit rex Albai Longai.

Atil. Fortun. 284 K.; Donat. 396 K.; Pompeius (comm. in Donat.) 297 K.

Atil. Fortun. 284 K.: (hexameter) minimus habet XII (syllabas), ut est Ennianum ‘Olli’ e.q.s. *Donat. 396 K.:* diaeresis est discussio syllabae unius in duas facta, ut ‘Olli’ e.q.s. *Pompeius, 297 K.:* diaeresis est ‘Albai Longai’ pro eo quod est ‘Albae Longae.’

FR. 23

Haec ecfatus; ibique latrones dicta facessunt.

Non. p. 477. 2 L.

Non. p. 477. 2 L.: ‘facessere’ est ‘facere.’ *Ennius Annalibus lib. I. ‘Haec ecfatus’ e.q.s.*

ecfatus] ‘et fatus’ codd. corr. Scaliger.

Cambridge University Press
 978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
 Edited by Ethel Mary Steuart
 Excerpt
[More information](#)

BOOK I

7

FR. 24*

At Ilia reddita nuptum.

Serv. (D.) ad *Aen.* III. 333.

Serv. (D.) ad *Aen.* III. 333: reddita more ueteri pro data accipendum est: 're' ergo abundat. Ennius Annalibus 'ad illa reddita nuptum.' At Ilia] Commelinus. 'ut illa' Daniel.

FR. 25

Destituunt campos riuosque remanant.

Fest. p. 354. 36 L.; Paul. p. 355. 11 L.

Fest. p. 354. 36 L.: 'remanant,' repetunt. Ennius lib. i 'Desunt riuos camposque remant.' Paul. p. 355. 11 L.: 'Remant' repeatant. Ennius 'Riuos camposque remant.'

Destituunt] Scaliger. 'campos riuosque' Baehrensius. 'campos ripisque' M. 'undae' add. M. 'cliuis decedunt, riuos camposque' VI. Ad Festi lectionem redit VII.

FR. 26*

Postquam consistit fluuius qui est omnibus princeps
 †Qui sub ciuilia†.

Fronto (*de Orat.*), p. 160 Nab.; Cic. *Orat.* XLVIII. 161.

Fronto, p. 160 Nab.: Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum Ennius 'Postquam' e.q.s.

consistit] 'consis...se' Fronto corr. Beckerius, non probante VII. Volgo dicitur apud Frontonem inueniri 'qui omnium'; at testante B. Kueblero, apud VII, legitur 'omnib.' non 'omnium.' Testante eodem, ab Enni uersu tredecim fere litterarum spatio secreta sunt quae sequuntur 'qui sub ciuilia'; quae igitur secl. VII. Cic. *Orat.* XLVIII. 161: Ita enim loquebamur 'qui est omnibus princeps' non 'omnibus princeps.' Qui sub caeruleo] Ilbergius, VI, Val. P. 'qui sub caeruleus' Beckerus. 'qui sunt sub caelo' M.

FR. 27*

Lupus femina feta repente.

Serv. (D.) ad *Aen.* II. 355.

Serv. (D.) ad *Aen.* II. 355: sane apud ueteres 'lupus' promiscuum erat ut Ennius 'Lupus' e.q.s.
 feta] 'facta' cod. C. Seruui.

8

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

FR. 28*

Fici dulciferae lactantes ubere toto.

Charis. 128 K.

Charis. 128 K.; 'Fici.' Ennius 'Fici' e.q.s.

FR. 29

Indotuetur ibi lupus femina, conspicit omnis;
 Hinc campum celeri passu permensa parumper
 Conicit in siluam sese....

Non. p. 603. 8 L.

Non. p. 603. 8 L.: 'parumper' ut saepe interim et paruo tempore.
 'Parumper' cito et uelociter. Vergilius lib. vi. 'pulsusque' e.q.s. Ennius
 Annali lib. i. 'te sane' e.q.s. (uide supra Fr. 18): idem in eodem
 'Indotuetur' e.q.s.

Hinc campum] 'in campo,' codd., corr. Columna. 'campos' Ilbergius.
 'campum' VII.

FR. 30*

pars ludicre saxa
 Iactant, inter se licitantur.

Non. p. 195. 1 L.

Non. p. 195. 1 L.: 'Licitari' congregari, pugnare. Ennius 'pars' e.q.s.

FR. 31*

Occiduntur ubi potitur ratus Romulus praedam.

Fest. p. 340. 24 L.

Fest. p. 340. 24 L.: 'ratus sum' significat 'putauit,' sed alioqui pro
 'firmo,' 'certo' ponitur 'ratus' et 'ratum.' Ennius 'Occiduntur' e.q.s.

FR. 32

Quom superum lumen nox intempesta teneret.

Macr. vi. 1. 14.

Macr. vi. 1. 14: 'et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.' Ennius
 in primo 'Cum superum' e.q.s.

BOOK I

9

FR. 33

Curantes magna cum cura tum cupientes
 Regni dant operam simul auspicio augurioque:
 ...in monte.....
 Remus auspicio se deuouet, atque secundam
 Solus auem seruat. At Romulus pulcher in alto 5
 Quaerit Auentino, seruat genus altiuolantum.
 Certabant urbem Romam Remoramne uocarent.
 Omnibus cura uiris uter esset induperator.
 Exspectant ueluti, consul quom mittere signum
 Volt, omnes audi spectant ad carceris oras, 10
 Quam mox emittat pictis e faucibus currus;
 Sic exspectabat populus, atque ora tenebat
 Rebus, utri magni uictoria sit data regni.
 Interea sol albus recessit in infera noctis.
 Exin candida se radiis dedit icta foras lux, 15
 Et simul ex alto, longe pulcherrima praepeps,
 Laeua uolauit aus; simul aureus exoritur sol.
 Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta
 Auium, praepetibus sese pulchrisque locis dant.
 Conspicit inde sibi data Romulus esse proprium, 20
 Auspicio regni stabilita scamna solumque.

Cic. *de Diu.* i. 48. 107; Gell. vi. 6.

Cic. *de Diu.* i. 48. 107: itaque Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure ‘Curantes’ e.q.s. Gell. vi. 6: locos porro praepeps et augures appellant: et Ennius in Annalium primo dixit ‘praepetibus sese pulchrisque locis dant.’

3. in monte] codd. omnes. ‘Hinc Remus’ uolgo.

12. tenebat] ‘timebat’ VII, cf. *Relat. Acad. Boruss.* 1894, pp. 1143 *sqq.* (‘Stadtgründungsaugurium bei Ennius’).

20. proprium] ‘priora’ cod. (B). ‘propriam’ cett., corr. M.

FR. 34

Iuppiter, ut muro fretus magis quamde manus ui!

Fest. p. 312. 34 L.

Fest. p. 312. 34 L.: ‘quamde’ pro ‘quam’ usos esse antiquos, cum multi ueteres testimonio sunt †tamen huius† (‘tum Ennius’ Ursinus)

Cambridge University Press
978-1-107-42687-0 - The Annals of Quintus Ennius
Edited by Ethel Mary Steuart
Excerpt
[More information](#)

10

ANNALS OF QUINTUS ENNIUS

in primo ‘Iuppiter ut muro fretus quamde manus †impe†’ (spat. 3–4
litt. relict.).
manus ui] Scaliger. ‘manu stat’ Lambinus. ‘manu sa’ olim M.

FR. 35

Ast hic quem nunc tu tam toruiter increpuisti.
Non. p. 830. 14 L.

Non. p. 830. 14 L.: ‘toruiter’ Pomponius ‘Auctorato’ ‘Occidit’ e.q.s.
Ennius lib. i. ‘Ast hic’ e.q.s.
hic] ‘ic’ codd., corr. Scaliger.
toruiter] ‘turbiter’ codd.

FR. 36

At tu, non ut sum summam seruare decet rem.
Fest. p. 384. 26 L.

Fest. p. 384. 26 L.: ‘sum’ pro ‘eum’ usus est Ennius lib. i. ‘At tu’ e.q.s.
At tu, non ut] Festus. ‘at te non ut’ Columna. ‘astu non ui’ VI et edd.
ad Festi lectionem reddit VII.

FR. 37

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nec tu; nam mi calido dabis sanguine poenas.
Macr. vi. i. 15.

Macr. vi. i. 15: ‘tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
Persolues.’ Ennius in primo ‘Nec pol’ e.q.s.
nec tu] ‘nisi’ codd., corr. Baehrensius.

FR. 38

Virgines; nam sibi quisque domi Romanus habet sas.
Fest. p. 432. 23 L.

Fest. p. 432. 23 L.: ‘sas’ Verrius putat significare eas, teste Ennio,
qui dicatin lib. i. ‘Virgines’ e.q.s., cum ‘suas’ magis uideatur significare.

FR. 39

Nam ui depugnare sues stolidi soliti sunt.
Fest. p. 416. 36 L.

Fest. p. 416. 36 L.: ‘stolidus,’ stultus. Ennius lib. i. ‘Nam ui’ e.q.s.
soliti] ‘solidi’ cod., corr. Scaliger.